



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

3. Quomodò non nocebit credentib. etiamsi adhuc sentiunt regnum Sathanae in motibus animi & corporis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Ex quo solum credentes & sine peccato existentes, sunt in regno Christi, igitur nullus hominum erit in Christi regno? quis enim est sine motibus peccatorum, & quis gloriatur se mundum habere cor? Respondeo, in regno Sathanæ sunt homines differetes: quidam resistunt tentationibus & cupiditatibus carnis, & non obediunt, sed mortificant, non permittunt regnare peccatum in corpore: & licet sentiant regnum Sathanæ in carne, non tamen consentiunt, sed fidem pugnant. Ob id dicit Apostolus Rom. 8. eos nihil damnationis habere, &c. Tales in Christo sunt supra peccatum & Dæmonem. Nam Christus est rex animæ super omnia, & nos in ipso præualemus peccato, ne damnare possit. Reliqui libenter & voluntariè subsunt regno Sathanæ, ut qui placent sibi in cupiditatibus carnis, Gala. 5. & illi dicuntur esse Christi regnum deuastatum, quod diabolus possidet: etsi ore confitentur Christum, nihil tamen illis proderit, Tit. 1.

## CAP. XXIX.

## ARGUMENTA.

1. *Quid faciat hominem Christianum seu spirituales,*
2. *Quòd fides secum patiatur officium ciuile & conditionem, statum, caremonias & ritus, si desit superstitio.*
3. *Quæ sit Apostasia à fide.*

**A**postolus ad Galat. 5. inquit: In Christo Iesu neq; circumcisio aliquid ualet, neque præputium, sed Fides quæ per dilectionem operatur: id est, Christianum non facit quòd quis sit in præputio, vel quòd sit circumcisus, sed quod in CHRISTVM  
H credit: